



Universitätsbibliothek Paderborn

**Friderici Forneri Theologiæ Doctoris Canonici Ecclesiæ
Collegiatæ diui Stephani Bambergæ, De Temvlentiæ
Malo, Eivsqve Remediis, Variis Item Scitv Ivcvndissimis,
nec non vtilissimis de rebus, quæ in ...**

Förner, Friedrich

Ingolstadii, 1603

Cap. XXX. Temulentia vitijs omnibus ianuam aperit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45433

Subsidente vino, supernatant verba;

Citante

Nam Sobrios, aut metus, aut pudor cohibet, quod *Era/mo.*
minus extrudant ea, quæ satius putarint suppressis.
se. At vinum & pudorem discutit, & timorem abi- *Adag.*
git, ut voces per iugulum redituræ, nequaquam con- *Chiliade*
tineri queant. *2. Cent. 1.*

Qua ex re, quām multa, non raro, tūm publicis,
tūm priuatis reb9 incommoda sint exorta, quæ tur-
bar? qui motus? quot lites? quām innumeræ cædes
effluxerint, is nouerit, qui vel parum inter eiusmodi
epulones versatus est. De Claudio Cæsare, famosissi- *Era/m.*
mo bibone, cuius suprà quoq9 meminimus, fertur, *Apophthb.*
temulentū, secretissima quæque, liberrimè, quibus: *lib. 6.*
vis ganeonibus exposuisse, & inter alia quondam,
& hoc promississe sibi fatale esse, & ianatum, ut vxo-
rum scelera aliquantis per dissimulet, ac demum
grauissimè vindicet. Quid inde consecutū? ut ani-
mus Agrippinæ coniugis ab ipso penitus alienaretur.

Ergo cum Taciturnitas tutissimum sit atque opti- *Valer. Ma-*
mum rerum administrandarum vinculum; Nec res mag- *xim. lib. 2.*
ne ab eo sustentari possint, cui facere graue est, fidele ar- *Quintus*
canorū silentiū, atq9 custodia, cuiuscunq9 communica- *Curt. b. 4.*
tatis administris, quām commédatissima esse debe-
bit, horūq9 violatrix temulétiā vbiq9 exterminanda.

CAPVT XXX.

Temulentia vitiis omnibus ianuam aperit.

HAllucinantur quidam, obtusi & inertis cerebri
homines, & non paucos erroris habet asseclas,
atq9 patronos, existimantes, Temulentiam non ita
graue flagitium esse ut jaætatur. Error hic pernicio-
sus, ac Rebus publicis admodum exitialis, à nobis
abunde supra est refutatus.

Age, finamus hic, quod re ipsa non est, apud scioles
illos, firmum esse, ac stabile, non tanti faciendam
Ehrie-

Ebrietatē, non adeò detestandam. quid ad hoc vos obtendetis, quid prætextui afferetis, si firmis rationibus contestatum fecero, hanc, quam vos pro aris ac focis defenditis, Asoticam, & hircum olentem temulentiam, omnium flagitiorum seminarium, omnium scelerum Metropolim esse.

*Temulen-
ria omniū
flagitiorē
ianua.*

Simile.

Luce 6.

Exodi. 32.

Ergo quod vultis habetote, sint alia peccata graviora, sint magis noxia, sint pernicioseora, sint maiori reprehensione digna. Quid Ebrietas? Peccatis omnibus ansam porrigit, fenestram aperit, aditum recludit, sicubi peccatum alioqui nullum penitus nidos figere potuit, temulentia id effectum dedit. Est ipsa initio velut latrunculus parvus, qui licet non multum furetur, angusto tamen, & stricto foramine domum ingressus, quo maiores penetrare non potuerint, pessulos ac vectes amouet, ostium eis aperit, ut subintraret, rapiant, furentur quidquid domus continet. An ergo exiguū malū Ebrietas? an flocci pendū? an in minimis ponendū noxis? hoc iis liberū esto, qui suūmet amant interitū; ad quos in Euangeliō Seruator, *Vae vobis qui saturati estis, quia esurietis, vae ebriis vobis, & eterna gehennæ incendia vobis parata creditote, quia præstantiores animi diuicias, quibus nunc subdola vos spoliat Ebrietas, in illo supremi iudicij Examine desiderabitis, esurietis, atque sitietis.*

An verò nullius apud te momenti, Hebræorum illa ruina, vbi sed sit populus manducare & bibere & surrexerunt ludere? & leue abs te iudicabitur, inde subortas choreas, tripudia, saltationes, ac ipsam demum Idolatriam, ob quam tot millia, uno die interfecta, occubuerē? Nisi iudicium tuum, Diuus Ambrosio, sanctissimo viro, sit anteponendum, vix video, qui facile stare possis. quid ille? *Sicut ifidei mater est*

ter est continentia: ita perfidiæ mater Ebrietas: in quod n. facinus ista non præcipitat? cui flagitio portam claudit? Et D. Chrysoftomo, qui ait: Quemadmodum Scylla Homil. 71. O Hydra apud Poëtas, sic & Ebrietas multis capitibus ad popul. armatur. Sic Lyæi multiceps bestia: hinc enim mollities, Antioch.

Fornicatio & Ira, hinc turpes amores oriuntur; hæc mater vitiorum; hac superata, quasi capite obtruncato, alia sepulta erunt. alio itē loco: Sic inualuit luxus & amen- Homil. in luxum & tia, vt neq; cogitationū multitudo, neq; admonitio, neq; crapulam. pudor, nec eruditio, nec motus, ebrii animam ad officium reuocet, sed tanquam nauis in tempestate posita, frustrā imperante gubernatore, nequicquam sudantibus nautis, in profundum demergitur omnium turpitudinum ac vi- tiorū. His adiungo Simeonem Metaphrasten: Ebrie- In vita S. tas, inquit ipse, cohabitat cum intemperantia, & est so- Onefimi. vor voluptatis, & inuentrix turpis sermonis, aliena à bo- habetur in na cogitatione, & ostium flagitiorum. indecora est habi- Surio. tom. t. 16. Febr. ta & oratione, & dissoluit decorum eorū, que sunt secū- di naturam. Et cum Platone: Vehementiores, aiente, Dialo. I. de voluptates, & iras, & amores, & cupiditates, nimius legib. vini potus excitat, Senecam sapientissimū produco.

Certè detegit omne vitium Ebrietas, & incendit, loquitur Epist. li. 12. ipse, ubi possedit animum nimia vis vini, quidquid mali Epist. 84. ad latebat, emergit. non facit Ebrietas vitia, sed protrahit. Lucil. tunc impudicus morbum profitetur & publicat, tunc pe- tulans, non linguā, non manum continet, crescit insolenti superbia, crudelitas seu, malignitas livido, onine vitium griffatur & prodit. Nūc age, qui dissentis, qui Ebrie- tate extenuas, horū autoritatib. opponito, q̄ potes & voles, & istā malorum omnium altricē defensa.

Quod si exemplis hīc agere vellem, plurimæ no- Ser. 33. ad bis Myriades in promptu esse possent. Vnum illud fratres in H Cyrilli Eremo.

Cyrilli iunioris, Augustino teste, qui temulentus patrem occidendo, parricidii crudelitate manus conseleravit, pregnantem matrem per vim oppressit, ac violauit, duas item sorores tentans, ac renitentes, usq; ad morte vulnerauit, nobis instar sit plurimorum. Datemulentum aliquem; quam facili aliis assuefecit vitiis? quam facili negotio, ceteris omnibus flagitiis immergetur? liquet id veteri quodam exemplo. Nam quidam olim grauiter a Dæmonie tentatus, ab eo, si liberari veller, iussus est, vnum ex tribus peccatis, Ebrietate, Homicidio, & Adulterio patrare, immunitis postea futurus ab omni tentamento. Elegit amens ille Ebrietatem. Temulentus igitur, cum quadam foemina adulterium admisit, & eius viro superueniente, ne facinus vindicaret, eū trucidauit. En ex Ebrietate, quodam quasi ramo, pullulantes ac geminantes, aliorum surculos peccatorum, en lacuna, voraginem ac gurgitem omnium flagitorum. Scribit Ioannes Bohemus, hanc ob causam solu Mocouiae Principes, omnem inebriantem potum, capit poena prohibere solitos, ac bis tantum, aut summum ter in anno usum eius induluisse, quod Ebrietate plenissima vitiorum ventis, laxare vela, persensissent, cui similem si nostrates animum induerent, ipsem prisca Germanorum virtus certissimam, exilii sui terminandi tandem, atque ad auitas remeandi sedes, utique foret habitura.

CAPVT XXXI.

Temulentia luxurie mater ac nutrix est.

Theog. in
sententia.
Luxuria
et plurimū
Ebrietati
comes.

Oὐτε γὰρ ἐκ σπινθηροῦ αὐται οὐδὲ βακχοῦ. Non etenim è squilla, rosa nascitur, aut hyacinthus. Quid ergo è fœdissimo temuletæ vito, q; ex coru malo, peius ouum luxuriae ac libidinis? verissimum itaque Tertulliani verbum: *Duo ista Dæmonia con spirata*